quem pro magno habebant. ut de eo testimonium perhiberet. Res
pondit xps, interrogabo uos et ego unum sermonem. dicite mihi
Baptismum iohannis unde est. de caelo an ex hominibus; turbati
illi intra semetipsos cogitabant. quia si dicerent ab hominibus; lapi
dari possent. a turba quae iohannem profetam esse credebant,
Si dicerent de caelo. responderet eis, Ille quem confitemini de caelo
habuisse profetiam. mihi testimonium perhibuit. et ab illo audistis.
In qua ego ista faciam potestate, Uiderunt ergo quodlibet hor(um)
respondissent in laqueum se casuros. et dixerunt. nescimus. et dominus ait,
nec ego dico uobis in qua potestate ista facio, non uobis dico quod
scio. qui non uultis fateri quod scitis; Iustissime repulsi utique. con
fusi abscesserunt. et impletum est. quod in psalmo per prophetam dic(tum est),
Paraui lucernam xpo meo, Id est ipsum iohannem, Inimicos
eius induam confusione, habebat ergo dominus ihs xps testimoniu(m)
profetarum. ante se praemissorum praeconum. iudicum praecedentium.
habebat testimonium a iohanne. sed praemaius testimonium erat quod sibi
ipse perhibebat, Illi autem infirmis oculis lucernas quaerebant quia diem
ferre non poterant, Nam iohannes idem ipse apostolus. cuius
euangelium in manibus habemus. in ipsius euangelii sui capitulo ait
de iohanne, Erat homo missus a deo. cui nomen erat iohannes.
hic uenit ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent
per eum, non erat ille lumen. sed ut testimonium perhiberet de lumine.
Erat lumen uerum quod inluminat omnem hominem uenien
tem in hunc mundum, Si omnem ergo et iohannem, unde dicit et ip
se iohannes nos omnes accepimus de plenitudine eius. Discernite
ergo ista. ut proficiat mens uestra. in fide xpi. Ne semper infan
tes ubera quaeratis sugatis. cibo solido resilientes, debetis apud matrem sanctam
aecclesiam xpi nutriri et ablactari. et edere cibos solidiores. Accede
re mente non uentre. Hoc ergo discernite. aliud esse lumen
quod inluminatur, Nam et oculi nostri lumina dicuntur. et
unusquisque tac luret. tangens oculos suos per lumina sua. sic uiuant
lumina mea. usitata iuratio est. quae lumina si lumina sunt. desit
lumen in cubiculo tuo clauso. pateant et luceant tibi. non utique pos
sunt, Quomodo ergo ista in facie quae habemus et lumina nun
cupamus. et quando sana sunt. et quando patent. indigent extrin
secus adiutorio luminis. quo ablato. aut non inlato sana sunt.
% quod inluminat. aliud esse lumen